nõ poſſunt dici eſſe in domo,nec in fundo,vt in l.ca-
ius.ff.de lega.2.& ibi Bar.d.l.vxorem.§.legauerat,& in
l.ſi fundus.l.quæſitũ.§.j.ff.de lega.3.vbi eſt tex. notab.
ꝙ legato fundo cum ijs,quæ ibi erunt, & etiam cum
his verbis, quicquid in prædio ſemproniano habeo,
nõ continentur nomina debitorum,ad idem eſt tex.
in d.l.ſi mihi mœuia in prin.ff.de leg.3.quia reſpõderi
33 poteſt,ꝙ † & ſi iura incorporalia, vt nomina debito-
rum,nõ poſſint dici cõtineri in domo, quia nec vide-
ri,nec tangi poſſunt,vt in dictis iuribus,iuncta l.j.§.in-
corporales.ff.de rerum diuiſione,tamẽ chirographa,
& literæ cambij,quæ corporalia ſunt,benè contine-
ri, & circumſcribi certo loco poſſunt, quãuis ſub ſe
comprehendãt nomina debitorum,& iura, vt in l.ſer
uum filij.§.eum.ff.de leg.2.& ideò caſu,quo ſub lega-
to vniuerſali comprehendantur chirographa,quę di
ci poſſunt,vt quid corporale, tunc legata dicũtur in
conſequẽtiam etiam nomina debitorum cõtẽta ſub
chirographis,vt eſt tex.in l.Lucius in prin.ff.de leg.2.
iuncta d.l.ſeruum.§.eum. Præterea in caſu occurrẽti
ſub verbis vniuerſalibus legati,de quibus ſupra,nõ ſo
lum contineri poſſunt nomina debitorum,ſed abſq;
dubio chirographa,quæ certo loco continentur, vt
dictum fuit,& optimè probatur in d.l.Lucius, & ibi
Bar.in prin.& in cõſequẽtiã etiam nomina debitorũ,
quæ ſub illis cõtinẽtur.d.l.ſeruum filij.§.eum, d.l.qui
chirographum,& d.l.qui filium,& conſequenter ac-
ceſſoriè eueniẽt debitorum nomina,vt ex dicẽdis in
34 fra in 3.dubio probabiţ.¶ Similiter † rñderi põt tex.
ĩ l.cum delanionis in fi.de ſuppellecti.lega.ibi.n.lega
uit domum inſtructam cum omnibus affixis, nõ aũt
cum omnibus,& quibuſcũq; rebus, & pecunijs; Nõ
obſtat etiam d.l.ſi mihi mœuia in prin.ff.de leg. 3.qa
ibi ſolum erant legatæ ſpecies particulariter, dicẽdo
etiam vniuerſas ſpecies,quæ in fundo erũt,& ſic deſi
gnatæ erãt ſpecies tm̃ per verba nõ apta continere iu
ra,& actiones,ſed ſpecies corporales:qua ꝓꝑ nõ conti
nẽtur nomina debitorũ,nec inſtrumenta,in quibus il
la cõtinebãtur,ſed aliud eſt in caſu noſtro, in quo te
ſtator vſus fuit illis verbis pręgnãtibus,oẽs,& quaſcun
que res,& oẽs,& quaſcunque pecunias:ſimiliter in
l.quæſitũ §.Papinianus, & in l.iij. ff.de fundo inſtr.
vxori legata fuerũt omnia,quę in domo erant,&
dicitur,ꝙ non debẽtur cautiones debitorũ,
neſq; ſeruorum,niſi teſtatorem cogitaſſe aliter
ruerit,ſed in caſu noſtro apparet,teſtatorem cogitaſ
ſe,vt cautiones debitorum etiam legatæ dicerentur
ex illis verbis,omnes,& quaſcunq; res,& oẽs,& quaſ
cunq; pecunias,adiectis vltra illa verba,omne mobi
le,& omnes mobilias,& oẽs res,quæ verba,& ſimi
poſſent facere, vt cautiones debitorũ legata dicẽ
tur per tex.in d.l.quæſitum.§.Papinianus cũ ſu
pra allegatis,tamẽ ex illis,& oẽs, & quaſcunq;
oẽs,& quaſcunq; pecunias,apparere dicetur
teſtatoris, ꝙ ipſe cogitauerit de cautionibus de
bitorum per prædicta,quæ nõ repeto,& ſic ille tex.
d.§.Papinianus retorqueri poteſt.¶ Vltimo non ob
ſtat,ꝙ teſtator mãdauit,pecunias omnes,& quaſcun
que,quæ eſſent,& reperirentur extare in bonis,& hæ
reditate teſtatoris, extra tñ domũ habitationis eiuſ
dicti teſtatoris,immediatè,& hoc eſt ſine mora,& ad
plus ſaltẽ infra vnũ menſem à die obitus ipſius dicti
cõuerti, & inueſtiri in emptionẽ aliquorũ bonorum
immobilium:quæ bona, & pecunias voluit iure præ
legati ſpectare ad hæredes,& ꝙ debeant bona ſicem
pta ſubiacere fideicõmiſſo facto in teſtõ, ergo ex
inferri videtur, ꝙ teſtator uoluit pecunias exigẽdas
debitoribus hæreditarijs,de quibus in chirographis
& literis cambij repertis in domo habitationis teſta
toris,ſpectare debere ad dominam Helenam,ſed ad
hęredes,ad quos voluit omnes,& quaſcũq; pecunias
exiſtẽtes extra domum ſpectare,& pertinere,
ſpõderi põt,ꝙ ex quo, vt ex præmiſſis probatum eſt,
literæ,& chirographa, & cõſequenter nomina debi
torum in illis contenta,quæ in domo reperta
tẽpore mortis teſtatotis,ſpectant ad vxorem,
cuniæ ſiue exactæ,ſiue exigendæ, & in alijs literis
chirographis comprehenſæ,quæ repertæ fuerunt
ſe extra domum,vt ſonãt,& dictant verba teſtamenti
inueſtiendæ ſunt,prout mãdauit teſtator,ſed,vt in
cto præſupponitur,quã plures alię pecuniæ erant
nominibus debitorum vltra eas,quas dixi,& proba
ad dominã Helenam ſpectare, ergo &c.¶ Secundum
dubium eſt,an bona mobilia,& ſuppellectilia tempo
re mortis teſtatoris reperta in illa domo, quæ empta
fuit poſt teſtm̃ gratia illius domus, in qua tempore
teſtamenti teſtator habitabat ſpectare debeant ad
ſam vxorem: In quo pro declaratione præſuppono,
ꝙ ea domus empta dicitur empta gratia illius domus,
ꝗ tẽpore teſtamẽti habitabat teſtator, & illi acce
35 † quod conſtat primo,quia per domum priorem
ſtator aditum intrinſecus habuit ad domum em
quo fit,vt domũ illã emptã portionẽ eſſe dom
ris dicendum ſit,& illi accedere,vt in l.prædijs
neas ff.de lega.3.item quia empta domus ſimul cum
priori domo in vſu teſtatoris,& ſuæ vxoris fuit,ergo
cenſetur priori domui accedere,& cõſequẽter appel
latione domus,quæ tp̃e mortis erit habitatio te
ris,abſq; dubio ꝯtineri dr̃ hæc domus empta d.§
neas,& in §.ꝗ domũ,l.ſi cui ædes, & ibi Bar.ff.de
facit tex.in l.qđ ꝯclaue,& ibi Bar.ff.de damno inf.
36 l.fi.ff.de ſeruitu.vrba.ꝑdio.¶ Præterea † ex bi
bus vicinis dominus,remoto pariete, põt vnã
facere, ſicut ex vna domo interiecto pariete

ædes cōſtituere,vt in l.ſi qs duas §.quod & in ædibus.
ff.cōmunia prædio l.quod in rerū §.ſi quis poſt ff. de
lega.j.l.ſi cui ædes ff.de leg.3.facit text.& ibi gl. in l.p̄-
dia §.ita legatū ff.de fun.inſtru.& in l.fi.§.caio ff.de li-
be.leg.cum gl.† & dicit Bar.in d.§.qui domum, ꝙ ad
hoc,vt domus vicina empta à teſtatore dicatur cede
re domui legatæ, nō reqrunt oīa ibi enumerata, ſed
ſufficit ſolus aditus,d.l.quod cōclaue,& ideò ipſe ibi
infert, ꝙ ſi teſtator aſſignet, vel leget vni ex ſuis filijs
domum ſuam principaliorem,per illum tex.habebit
omnia appēditia domus,quatenus teſtator in vſu ha
buit,& ſic etiam domum emptam,& hortum,& bal
neas ad vſum domus pricipalioris etiam ex ſolo adi-
tu deputatas:Ex quib⁹ infertur, ꝙ ex quo teſtator di-
xit,legando vxori res,pecunias, & alia, de qbus
in legato,quæ fuerint, & reperientur tempore mor-
tis teſtatoris ī domo habitationis teſtatoris,illa, quæ
fuerunt reperta non ſolum in domo, quā tēpore teſta-
menti habebat,ſed etiam quæ in domo acceſſoria, &
quā cōprehendit ſub illa priori domo,ſub legato ꝯ-
tinebuntur,quia verū erit dicere illa reperta fuiſſe in
domo ſuæ habitationis tempore mortis per prædi-
39 cta.¶ Præterea † cum teſtator vſus fuerit in caſu no
ſtro verbis futuri temporis, & ſe retulerit ad tempus
ſuæ mortis,videlicet q̄ fuerint,& reperientur,cōpre-
hendentur nō ſolū bona illa, quæ tēpore teſtamenti
in domo habitationis erūt,ſed ēt ea, quæ reperta fue
rint extare tempore mortis in illa domo, quæ erat tē
pore mortis habitationis teſtatoris,& conſequenter
omnia illa, quæ reperta fuerunt in domo principali,
ac etiam acceſſoria,de qua ſupra, per prædicta, & per
tex.in l.filiæ in fi.ff.de cōditio. & demō. & eſt optima
deciſio Bar.in l.ſi ſeruus §.qui quinque circa finem ff.
de leg.j.vbi ſub legato frumenti,vini,& aliorū,quę in
domo erūt tēpore teſtamēti,frumentū,vinū, & alia,
quæ fuerunt poſtea ſuppoſita, & ſubrogata loco eo-
rum legato continentur, facit, quod habetur in l. pen.
vbi eſt tex.no.ff.de fundo inſtru.l.qui filiū,l.ſi ita lega-
tū ff.de lega.3.l.quæſitum §.prædia eo.titu.l.ſi manci-
pia l.nomen §.filio,iunctis not.ibi per gl.eo. titu.l.fin.
ff.de optione legata cum gl.& plura allegat Rom.in
ſuo ſingulari.418.alias 415.fuit quæſitum &c.& opti-
ma eſt deciſio Bart.in l.placet in fin. ver.ff.de libe. &
poſthu.† vbi mouet quæſtionem,ſi teſtator iuſſit fie-
ri hoſpitale in domibus ſuis, & illud hoſpitale hære-
dem inſtituit, poſtea teſtator ſuperuiuens domos il-
las alienauerit,& alias emerit,determinat Bar.ꝙ licet
illa verba in domibus ſuis regulariter referantur ad
tēpus teſtamēti,vt in l.ſi ita cū ibi no.ff.de auro,& ar-
gento leg.tn̄ fauore inſtitutionis, & teſtamēti ꝯſeruā
di,& piæ cauſæ referūtur ēt ad domos poſtea emptas
per illū text. & cum hac deciſione pertranſit Roma.
in d.ſingulari,& habet per Sozi.ī l.j.in 5.not.ff.de reb⁹
dubijs,quod dictū,vt ꝑ plura oſtēſum fuit ſupra ī j. ar
ticulo in 3.argumento, procedit etiam in legato fa-
cto vxori,& perſonæ coniunctę:Sed in caſu noſtro le
gatum factum de bonis, quæ erunt in domo teſtato-
ris tēpore mortis ſuę,& legatum vſusfructus dictę do
mus facta fuerunt ipſi vxori, & quoad proprietatem
dictorum omnium legatum factum fuit piæ cauſæ,
videlicet hoſpitali S.Bartholomęi,ergo ſub iſtis lega
tis dicentur contineri domus empta ab ipſo teſtato-
re,& omnia illa bona mobilia, quæ tempore mortis
ibi reperta fuerunt, vt clara ēt vr̄ fuiſſe mens teſtato
ris reſoluti ex verbis teſtamēti colligitur, cū ipſe teſta-
tor præſertim quoad bona mobilia exiſtentia in do-
mo nō ſe reſtrinxerit ad illa, q̄ erūt in domo ad p̄ſens
habitationis teſtatoris, ſed ſimpliciter ad illa bona
mobilia,pecunias, & res, q̄ tēpore mortis teſtatoris ī
domo habitationis ſuæ reperient,ſeu erūt, & cū ī ver
bis nulla ſit ambiguitas,nō debet admitti volūtatis q̄
ſtio.l.ille,aut ille §.fi.ff.de leg.3. Prædicta ēt tangētur
plenius in ſequēti dubio.¶ Venio itaque ad tertiam
prīcipalē dubitationē,an ſub legato domus facto ho
ſpitali dicti S.Bartholomęi,& cōſequenter ſub lega-
to vſusfructus,& habitationis facto dictę vxori com
prehendatur domus nouiter poſt teſtm̄ factū empta,
& ex deſtinatione, & vſu teſtatoris priori domui ap-
plicata,vt ſupra,& coniūcta:& cōcludendo dico, do
mū illā emptā accedere domui priori, & ſub legato
40 contineri; primo † qa cū teſtator cōparauerit domū
vicinā cauſa prioris domus legatæ, vtq; illi accede-
ret,ſeu vt illius eſſet additamentum,quod cōſtare di
citur, quia in domū emptam per domum priorē adi
tum habuit,ſequitur,ꝙ domus empta legato domus
continetur,ar.tex.in l.prædijs §. balneas cum ſequēti
ff.de leg.3.per quem tex.inquit Bar.ibi, ꝙ ex aditu iu-
dicatur,an balneæ,vel hortus vicinus cedant domui
41 legatæ,& in §.Titio ea.l.dicitur, † ꝙ ex vſu teſtatoris
magis,quam ex emptione, & ex inſtrumētis emptio
num voluntas teſtatoris colligitur, an quid dicatur
cedere,ſeu contineri legato,& in §.domum in ead.l.
quærit Bart.an omnia,quæ in §.balneas & in d. §.qui
domū cōtinent,requirātur ad hoc, vt balnea vicina,
& propinqua domui legatæ cōprehendantur ſub le-
gato domus, videlicet, quod balneæ emptæ fuerint
cōmuni pretio, & ante teſtamentum factum, & alia,
de quibus ibi,& reſpōdet,ꝙ nō, ſed ſufficit ſolus adi-
tus de domo in balneas, ſeu in hortū per illū tex. ī d.
§.balneas,& in §.qui domum cū §.ſequenti, & ꝑ tex.
42 in l.quod cōclaue ff.de damno infecto : † Subdit etiā
Bar.in d.§. ꝙ ſtante conſuetudine, ꝙ maior natu ha-
beat domū principaliorem, is habere debebit ēt oīa
alia appenditia domus, quatenus teſtator in vſu ha-
43 buit.¶ Secundo † induco tex. notabilē in l. cū fund⁹
ff.de leg.2.vbi teſtator fundum nominatim, & ſic cū
ſuis demōſtrationibus iuxta l.ſi nominatim ff. de cō-
ditio.& demon.legauit,deinde poſt teſtm̄ factū adie-
cit aliquid fundo legato,puta emendo partē aliquā,
dicitur ibi,ꝙ id,ꝙ adiectum fuit,legato cedit, ſi mo-
do teſtator partem adiectam nō ſeparatim poſſedit,
ſed vniuerſitati prioris fundi adiunxit, nec refert, an
ſimpliciter fundum nominatim legauerit,an cum il
lis verbis,qui meus erit,certè text.non poſſet melius
quadrare caſui noſtro,quam faciat: & ſi diceretur il-
lum loqui in fundo, qui ſola deſtinatione patris fa-
milias cōſtituitur l.locus ff.de ver. ſigni. nos autem ī
domo legata, dico in hoc nō eſſe differētiā inter fun-
dum,& domum,vt eſt text.in l.quod in rerum §.ſi qs
44 poſt.ff.de leg.j.¶ Tertio † allego tex.in l.ſi ex toto ff.
de lega. j.in prin. vbi ſi ex toto fundo legato teſtator
partē alienaſſet,reliquam duntaxat deberi placet,qa
etiam ſi adieciſſet aliquid ei fundo,augumentum le
gato accederet,ecce ibi tex.ad literam. ¶ Quarto &
45 in indiuiduo ſic arguo, † quando teſtator fundū, vel
domum ipſius cum ſuis demonſtrationibus pię cau
ſæ legauit ēt cum illis verbis,qui meus eſt, ſeu q̄ mea
eſt, vel per alia verba ſolita denotare ſolum tempus
teſtamenti,& non mortis ad tex.in l.ſi ita,& ibi Bart.
ff.de auro,& argento legato, fauore piæ cauſæ lega-
tū continet omne id, quod poſt teſtamētū adiectum
fuit domui,ſeu fundo legato, vt colligitur ex verbis
Bart.in l.placet in vlti.verbis.ff. de liber. & poſthu.idē
& clarius voluit dominus meus Soz.in l.j.in 5.not.ff.
de rebus dubijs dicens, ꝙ ſub legato poderis facto ꝑ
verba, quæ ſolent importare tempus teſtamēti facti,
vt podere meū iux.d.l.ſi ita, & ibi Bar.in fi.q ſe remit-
tit ad dicta per eū in d.l.j.ff. de rebus dubijs, continet
etiā id,quod poſt teſtamētum factum adiectum fuit,
& emptū cauſa poderis, & hoc quando legatū factū
fuit

fuit piæ cauſæ, vt hoſpitali, vel eccleſiæ, ſed regulari-
ter ſecus ſm Bart. in d.l.j. idē ſi factum eſſet filio, nec
non quando eſſet factum coniunctæ perſonæ, vt vxo
ri, vt ibi latius per eū in 2. & 3. caſu, ex cuius verbis in
fertur, ꝙ doctrina Bar. in d.l. ſi ita per illum tex. non ꝓ
cedit in legato facto piæ cauſæ, aut filio, ſiue cōiun-
ctæ perſonæ, & refert Rogeriū ſic limitaſſe tex. in d.l.
ſi ita cū ſimilibus. In ꝓpoſito itaq;, quamuis teſtator
vſus fuerit verbis præſentis temporis, & quæ regula-
riter ſolēt referri ad tempus teſtamēti, dicēdo vſum,
& vſumfructum, & habitationē dictæ dom⁹ ad p̄ſens
habitationis dicti teſtatoris, vt ſupra, poſitæ, & cōfi-
natæ &c. tamen ex quo domum pro anima ſua lega-
uit hoſpitali, quoad ꝓprietatē, & vxori quoad vſum-
fructum, ſub legato debet contineri domus poſtea
empta, adiecta, & coniuncta domui legatæ gratia il-
lius domus, & vt eius additamentū, quod colligitur
ex aditu, vt ſupra: faciunt etiam ea, quę in alijs articu
lis dixi, ad q̄ me remitto, & hoc contingit fauore pię
cauſæ, & vxoris per prædicta, & arg. tex. no. in d.l. præ-
dia. §. affini. ff. de fundo inſtructo in ver. idem quæſiit,
ibi cum pleniſſima teſtatoris ergo affinem voluntas
ab eo quoque manifeſtetur, & in l. cū alienā, vbi Bal.
C. de lega. & habetur per Sozi. poſt Bar. in d.l.j. & in l.
ſi cognatis. ff. de rebus dubijs. ¶ Quinto, & fortius ar-
46 guitur, † nā quamuis ex verbis, quæ ſolent importa-
re tempus teſtamenti, vt ſunt verba præſentis tempo
ris, ſeu ꝓnomina meū, tuū, ſuū, & ſimilia, ſub legato
facto non contineantur futura, & rei legatę poſt teſta
mentum factū adiecta, ſed ſolum ea, quæ erant tēpo-
re teſtamenti ipſius teſtatoris, vt in l. ſi ita cum ibi no.
per Bar. & in l. fi. §. qui indiuiſam. ff. de legatis 2. & ī l.
ſeruū filij in prin. ff. de lega. j. & ꝓbant plura alia iura,
q̄ volunt inſpici debere ſolum ea, quæ erāt tēpore te-
ſtamenti ipſius teſtatoris, & non poſtea quæſita, quæ
iura ſupra ſæpe, & maximè in primo articulo allega-
ui, ītn̄ prædicta ſunt vera, quando eſſent expoſtfacto
acquiſita ꝑ ſe, & ē q̄ principaliter, ſecus ſi acceſſoriè,
& vt quoddam additamentum ad rem legatam, quo
niam tunc futura etiam, & quæ eſſent poſtea acquiſi
ta, vt accederent rei legatæ, licet non continerētur,
nec venirent, vt principaliter legata, tamen veniunt
vt acceſſoria, vt pulcherrime, & ſingulariter voluit
Roma. in ſuo ſingulari 506. alias 467. incipien. in l. ſi
ita &c. circa fin. per tex. not. in l. creditor, quæ eſt lex
finalis. §. caio. ff. de libera. lega. & ipſe dicit ſi debere
limitari, & declarari tex. in d.l. ſi ita cum ſimi. & facit
id, quod ēt voluit Bart. in l. ſerui electione in fi. ibi itē
contra. ff. de leg. j. l. item in fi. ff. de lega. 3. Sed in caſu
occurrēti teſtator poſt teſtamentū emit domū, vt eſ
ſet quid acceſſorium, & tāquam additamentū ad do
mum legatā, pro vt ex aditu cōſtat, & ex vſu teſtato-
ris per ea, quę dixi ſupra per tex. in d.l. prędijs. §. Titio.
§. balneas. §. qui domum, &. §. fin. cum gl. l. ſi cui cum
ſimilibus. ff. de leg. 3. ergo domus empta omnino di-
cetur comprehendi ſub legato domus, & ſi nō æquè
principaliter, ſaltem acceſſoriè, & hoc ex natura ac-
ceſſorij, cuius eſt ſequi in qualibet diſpoſitione ſuū
principale. c. acceſſorium de regu. iuris in 6. qđ ē ſum
mè notandū pro deciſione præſentis dubij. ¶ Sexto,
concluſio prædicta confirmatur ex tex. in l. quod in
rerū. §. ſi quis poſt. ff. de lega. j. præſupponendo, ꝙ lo-
quatur de fundo legato cum ſuis demōſtrationibus,
vt ibi fundo Titiano; itē id, quod dicit ibi de fundo,
habet locū in domo ſimiliter legata, vt ibi ī fi. verbis,
cum noſtra deſtinatione fundorū nomina, & dom⁹,
nō natura ꝯſtituerent: modo inquit ille tex. ꝙ ſi poſt
teſtamentū factū, in quo teſtator legauit fundū Titia
num, aliquā partē adiecit, quā illi fundo deſtinauit,
hoc eſt illi acceſſoriè adiecit, vt eſſet pars fundi, vt qa
vſus fuerit fundo ſimul cū illa parte, tanquā vnu[s fun-]
dus eſſet, ſic enim dicitur teſtator deſtinaſſe, vt in [d.l.]
p̄dijs §. Titio & §. balneas vſque ad finem, l. ſi cui [ff. de]
leg. 3. l. cū fundus ff. de leg. 2. cum ſimili. allega. [...]
parte, dicit tex. ibi ī d. §. ſi quis poſt, ꝙ pars adiecta [fun-]
do, & illi deſtinata exigi poteſt vnā cū fundo ab [...]
legatario, & hoc nō eſt ex alio, niſi quia pars illa ad[ie-]
cta fuit, vt fundo legato accederet, vt etiā clariſſim[e]
hoc voluit tex. notabilis in d.l. cum fundus: quæ [...]
ligentia eſt de mente Bar. vt refert, & ſequitur So[z.]
l. ſerui electione in fin. in pen. col. ibi ſecunda co[n]
ſio ff. de lega. j. ¶ Nec aduerſantur ea, quæ ipſe So[z.]
dicit ibi in tertia concluſione, quia loquitur, quād[o]
teſtator dixiſſet, lego fundum meum, vel vſus fuiſſet
verbis præſentis tēporis, & pars, quæ fuiſſet acquiſita,
& empta, principaliter, & non acceſſoriè fuiſſet ad[ie-]
cta, ſecus ſi acceſſoriè, vt per Rom. ī d. ſingula[ri]
& ꝑ p̄dicta. Præterea ea, q̄ dicit Soz. ī d.l. ſerui [...]
procedūt, quādo teſtator ſic legādo legaſſet p[iæ cau-]
ſæ, vt pro anima, ſicuti factum fuit in terminis [...]
dictū fuit. ¶ Non obſtat etiam, ꝙ in caſu occurr[ēti]
teſtator ſe retulerit ad tempus teſtamenti, dicēd[o]
vnam domum ad præſens habitationis dicti teſtato-
ris cum alijs demonſtrationibus, quæ ſolum inclu-
dunt domum, prout erat tempore teſtamenti, ergo
ſolū debebitur illa domus, & nō alia empta, & prio-
ri domui adiecta per ea, quæ ſunt de mente Bar. Al[e.]
& aliorum cōmuniter, vt refert, & ſequitur Soz. ī d.l.
in fi. in tertia cōcluſione, Quia pluribus modis reſpō
detur, primo, ꝙ ex quo domus legata fuit pro anima
ipſi hoſpitali, ſeu ſocietati S. Bartholomei, & ſic ad
pias cauſas ad no. per Abb. & alios in c. relatū, & in c.
cū eſſes extra de teſt. per legiſtas poſt Bar. ī l. j. C. de ſa-
croſanctis eccle. cū domo legata venit, & cōprehē-
ditur ēt dom⁹ adiecta, & empta gratia prioris legatæ,
vt ē veriſſima doctrina cōmunis, quā ſupra retuli. Se-
cundo reſpōdetur, ꝙ cum domus empta fuerit ad[ie-]
cta domui legatæ, vt illi accederet, eiuſque eſſet addi-
tamentū, quod cognoſcitur ex aditu, ex deſtinatio-
ne, & vſu teſtatoris, vt ſæpe dictū fuit, ſequitur [ſub]
legato domus dicetur comprehēdi domus ad[iecta.]
Roma. in d. ſingulari, & ſupra comprobaui. Terti[o di-]
47 ci poteſt, † ꝙ illa verba ad præſens habitationis [oc]cu-
patam, muratam, taſſellatam, & balconatā cū [...]
& c. poſitam Bon. in d. capella, confinatā iuxta v[iam,]
iuxta ſer Iacobum, iuxta clauicā & c. ſunt omnia po-
ſita cauſa demonſtrationis, quæ non reſtringunt, ne[c]
ampliāt legatum, vt colligitur ex ijs, quę poſuit O[l-]
dradus in conſilio 47. quod conſilium eſt multū no-
tum, & allegabile, Ioan. Andr. in addi. ad Specu. in ti-
tu. de emptione, & venditione in §. j. verſi. ſi vero, &
optimè per Bald. in l. cum alienam C. de lega. Soz. in
terminis noſtris in d.l. ſerui in fin. in 2. col. in vltimo
notabili. Imol. in l. fi. §. qui indiuiſam, & ibi Pau. Ca[ſt.]
48 ff. de leg. 2. ¶ Eſt etiam aduertēdum, † ꝙ ex quo v[xo-]
ri vſufructuarię iniunctum fuit, ꝙ durante vſufru[ctu]
nequeat dotes ſuas ab hęredibus repetere, legat[um]
vſusfructus cenſetur factum in recompenſationem
dotium ſuarum, ſeu fructuū illarum, & ſic non fu[it]
gratuitū; Quo fit, vt latè debeat interpretari, vt atten-
datur tempus mortis, & non teſtamenti, vt eſt de me[n-]
te Caſtren. in d. §. qui indiuiſam, quē refert, & ſequi[tur]
Sozin. in d.l. ſi cognatis, quicquid voluerit ipſe Pau[l.]
d.l. ſerui, q in hoc malè fuit loquutus ſm Sozi. Vlte-
rius nō inſiſto ſuper hoc articulo, quia de illi⁹ verita-
te ſatis ex p̄miſſis conſtat, ex q̄bus reſponderi pōt o-
bus, quę in contrarium poſſunt allegari. ¶ Sup qui-
49 to dubio non eſt inſiſtendum, † quia mihi videt c[on-]
cludendū eſſe, qđ faſciculi, & ligna ad cōburendū
pore mortis inciſa, & à ſolo ſeparata, ſed nōdum

ſio amota, neque recõdita ad vxorẽ vſufructuariã pertineãt, ſed tanquã hr̃ditaria ſint hæredum, cũ ſtore mortis à ſolo fuerint diuiſa, & ſeparata, ar. tex. & ibi not. in l. ſi vſufructuarius meſſem in fi. ff. quibus mod. vſusfruc. amitt. l. itẽ veniunt §. itẽ non ſolum cũ ſequen. ff. de petitione hr̃ditatis, l. in lege falcidia placuit ff. ad l. falcidiã, iunctis ijs, q̃ habent in l. in fideicõmiſſariã ff. ad trebellia. l. pecunię §. hr̃ditas ff. de verbo ſignifica. ¶ Quoad quintum, breui vtar ſermone, concludẽdo, ius locãdi res ipſas ad vxorẽ vſufructuariam ſpectare, ad hr̃des verò proprietarios nequaquã, tex. in l. arborib⁹ §. vſufructuarius, in l. ęquiſſimũ ff. de vſufructu, & l. cũ antiquitas, & ibi gl. in verſi. contentiã, Bar. quoque, & alij C. de vſufructu. ¶ Circa ſextũ, & vltimũ dubiũ ſimiliter paucis vtar, nã cõcludendum eſſe arbitror, † ꝙ ſtantibus his, q̃ in alijs dubijs determinata fuerũt ad fauorẽ p̃fatæ dictæ dominæ Helenæ vſufructuarię, & pręcipuè ẽt pręſuppoſita proteſtatione pro eius parte factam hęredibus in ſcriptis, ſi conſtare dicĩt de moleſtationibus, & turbationibus ab hæredibus ipſi vſufructuariæ cõtra mentem teſtatoris illatis, moleſtantes, & impedientes dicũtur priuati, ſeu priuatos eſſe declarãdum eſt prælegatis, & portionibus ſuis hæreditarijs, & ſi omnes fuerint, omnes quoque priuandi ſunt, & ſuæ portiones hæreditariæ, & prælegata facta eiſdẽ debent ſocietati S. Bartholomęi, prout diſpoſuit teſtator, applicari, & adiudicari. At ſi nõ oẽs, ſed aliqui ex eis, tũc illi tãtũ, q contrauenerũt diſpoſitioni teſtatoris, priuati, ſeu priuandi ſunt, & illorũ portiones alijs legatarijs, p legatarijs, & hr̃dib⁹ nõ ꝯtrauenientibus accreſcere debet, vt vocati ipſo teſtõ, & cõſequenter ẽt præfatę ſocietati, quæ dicĩt eſſe legataria, pro rata ſua: & cũ in hoc caſu nõ fuerint aſſignatæ portiones ſingulis legatarijs vocatis, oẽs pro virili dicẽtur vocati, ar. tex. & ibi in l. ſi pluribus ff. de leg. j. l. planè ĩ §. ſi cõiunctim. §. ſi eadẽ res inſtitu. de leg. l. j. C. ſi plures vna ſententia cũ ſimil. pluribus ibi allegatis p gl. Præterea cũ teſtator ĩ caſu moleſtationis, & priuationis nõ adiecerit, quis eſſet acquirendũ, profecto non ipſi vxori videtur acquirendũ, ſed cohæredibus ꝓ portionibus hr̃ditarijs, ar. d. l. planè §. ĩde dicit ff. de leg. j. vt vocat Bar. in l. vxorẽ §. hæres ff. de leg. 3. ſequit̃ Bal. notã in auth. cui relictũ C. de indicta vidui. tollen. in 3. col. Sed ex quo teſtator in caſu moleſtationis priuauit moleſtãtes, & turbãtes vxorẽ ĩ ſuo vſufructu, & in rebus illi relictis, & adiecit, ꝙ in locũ priuatorũ alij legatarij, & p legatarij, & cohęredes, q moleſtiã vxori non intulerũt, nec cõſenſerunt, dicanẽ, & ſint ſubſtituti, ſequit̃, ꝙ vnà cũ alijs legatarijs, & cohęredibus ipſa ſocietas omnino eſt admittẽda, tanquã vocata per ſupradicta, iuncta l. j. C. de his, quę pœnę nomine, & in §. ſi. inſtit. de leg. Probata igitur moleſtatione illata ipſi vxori, locus erit priuationi contra moleſtantes, & quod illis erat relictum titulo vel legati, vel inſtitutionis, erit applicãdum ijs, de q̃bus ſupra dictũ ẽ, nec aliquid ipſos cõtrauenientes excuſabit, cũ & ſi potuiſſent anteà fortè excuſari, tñ ex quo ipſis intimatũ, & proteſtatũ fuit ꝓ parte dictę do. Helenę legatarię, nul
53 lo modo potuerũt prętendere ignorãtiam, niſi iuris, & craſſam, † quę ipſos nullo modo poteſt excuſare ad l. iuris, & ibi not. C. qui admitti, & in l. bonorũ. ff. de bonorum poſſeſſ. l. regula. §. ſed facti. l. nec ſupina. ff. de iuris, & facti igno. & † ꝓteſtatio tãgens ius proteſtãtis, & alterius, ſi facta ſit ex iuſta cauſa, ꝓdeſt ꝓteſtanti, & nocet aduerſario. c. paſtoralis de offi. ordin. §. põt. 16. q̃ſt. 3. l. imperfectius. C. de annali excep. Ioan. Andr. & oẽs alij in c. cũ M. extra de conſti. Bar. Ale. & oẽs, in l. non ſolũ §. morte. ff. de noui oper. nuntia. vbi inter cętera in ſecunda principali quęſtione in verſi. circa ſecundũ concludunt, ꝙ quãdo prohibitus, ſeu notificatus tenet̃ aliq̃d nõ facere, ſed credebat ex aliqua cauſa ſibi id facere licere, & ꝓteſtetur ſibi mediãte iudice, ꝙ id nõ faciat, talis ꝓteſtatio nocet illi, & prodeſt proteſtanti, quãdo ipſe fuit ꝓteſtatus, allegãdo cauſam proteſtationis, quę oĩa cõcurrunt in caſu, de quo agitur, ergo &c. & hęc pro nunc ſufficiant. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Relictum à patre filiabus non nuptis dotis nomine dicitur relictum, & de illo vt de dote iudicatur, ſi mentio aliqua de matrimonio, ſeu de nuptijs facta fuerit.*

2 *Et ſub ſtatuto loquente de dote, eiusq; lucro comprehenditur.*

3 *Relicta pro dote, & dotis cauſa non veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi vniuerſalis ſimpliciter facti.*

4 *Hypotheca prior tempore præfertur poſteriori, quamuis ambæ factæ eſſent ſub cõditione, & cõditio poſteris eſſet prius adimpleta, quam conditio prioris, vel conditiones vtriuſque fuiſſent ſimul adimpletæ, quando conditiones eſſent caſuales, vel mixtæ, non autem merè poteſtatiuæ.*

5 *Cõditio mr̃imonij, ſiue nuptiarũ nõ ẽ merè poteſtatiua, ſed mixta.*

6 *Conditionis etiam merè poteſtatiuæ euentus in pignore, ſeu hypotheca promiſſioni dotis adiecta retrotrahitur ad tempus promiſſionis, neque tempus implementi attenditur.*

7 *Subſtitutio facta hoc modo illi, vel illis decedentibus ſine filijs ſuperſtitem, vel ſuperſtites ſubſtituto, dicitur reciproca compendioſè facta, & num. 8.*

8 *Subſtitutio reciproca apta poſt aditam hæreditatem, & pupillarem ætatem continere fideicommiſſarias ſubſtitutiones importatur per illa verba, ſuperſtitem, & ſuperſtites ſubſtituo.*

9 *Subſtitutio compendioſa facta per verba communia ſimpliciter ſub conditione mortis abſque dinumeratione temporum, & diſtributiuo quandocunque, etiam matre exiſtẽte in medio, valet ſemper, & omni tempore ſolum vt fideicommiſſaria, & non vt directa, niſi ſubſtituti eſſent filij teſtatoris, vel aliæ perſonę, quæ ex præſumpta mente matrem excluderent.*

10 *Hæres grauati per fideicom. reſtituere legitimam, & trebellianicam detrahit.*

11 *In legitima iure naturæ debita filiæ computantur dotes illi à patre datæ, ſeu relictæ.*

12 *Subſtitutio facta alicui decedenti ſine filijs per ingreſſum monaſterij deficit, & euaneſcit.*

13 *Renunciatio oĩbus, & quibuſcunque bonis, & iuribus hr̃ditatis alicuius in dubio quibus, & ad quorũ vtilitatẽ facta cenſeat.*

14 *Cõfeſſio, & liberatio facta per teſtatorẽ ad fauorẽ alicuius põt reuocari, niſi fuerit iurata, vel niſi teſtator in teſtõ dixerit ſe iuraſſe, ac etiã niſi facta eſſet, p̃ſente illo, ad cui⁹ fauorẽ tẽdebat.*

15 *Liberatio legata alicui præſenti, & acceptanti habet vim pacti de non petendo, & reuocari non poteſt, ſecus facta abſenti.*

16 *Legatum animo compenſandi factum reuocari non poteſt.*

EPITOME.

RELICTVM à patre filiabus, quę nupſerint, dicitur ex cauſa dotis relictum, & ſub ſtatuto loquẽte de dote, dotisq; lucro comprehenditur.

In ꝓmiſſione dotis priorẽ habẽs hypothecã p̃fert̃ hñenti poſteriorẽ, q̃uis cõdõ ꝓmiſſioni p̃dictę adiecta fuerit pri⁹ ĩpleta in eo, q poſteriorẽ hẽret hypothecã.

Subſtitutio facta hoc modo, illi, vel illis decedẽtibus ſine filijs ſuperſtitem, vel ſuperſtites ſubſtituo, dicitur reciproca compendioſè facta.

Legatum rei, ac etiam liberationis, & abſolutionis factum in recompenſationem aliquarũ rerum, legatario pręſente, & acceptante, non poteſt reuocari.

CONSILIVM XLV.

ET ſi de ſimplici fuerim ſubſcriptione requiſitus, tamen illotis, vt ita dixerim, pedibus ad has nuptias nolui accedere, & poſt terga prudentium meſſorum veſtigia illorũ ſequens,